D

HI 107994

BIBLIOGRAPHIA HUNTIANA / Form B — Botanical articles

B

Author(s) [Celsius, Olof]

Title

~~[vide verso]~~

Arbor arabica, spinosa, baccifera, abi ljaldi?

Abbreviated reference ~~Acta Lit. Sci. Sveciae 3 ([3]): 101–109. [1732]~~ 1738

Acta Lit. Sci. Sveciae 3([3]): 101-109. 1738 [1732]

MLP 37A

Notes

jæmlangæ. ſithen a kirkiæn wizorth at wæriæ tha ſamwæghn firi bondænom. Nw kan liik iorthæs. oc annæt kan uptakas fylghis at bathe limber oc lither huld oc haar. böte firi tolf öræ. Nw kan grafua a ætæbögh annars. tha kan hin tillkoma ſom ær. gifuer them ſak firi frænde hins uptoks. wari tha hans wizorth. wæriæ ſik med tolf mannom. at jæk ey groof innæn nyu winnæ f) ſtæmnu tha æn aat ethe briſter. böte ſiex öræ. Nw kan mather j kloſter wiliæ gifuas utæn all forfall. tha ſkifte læſörum ſinom i huwuthlyti. mællin ſinnæ arfuæ. gifui ſomt till kloſter aaf ſinom

ſolitum ſit, tantum inde fas eſt ſumi, quantum placuerit hæredibus. Si ſoli bona qvis legaverit eccleſiæ: de terra ſcilicet unius marcæ terram denarii unius, hæredes non habent, de qvo qverantur. Qvantumcunque vero ſupra iſtam proportionem legatum ſit, hæredes revocare poſſunt. Si ſoli bona oppignerata ſint eccleſiæ, licebit eadem ante annum redimere, poſtea eccleſiæ jus competet poſſeſſionem illam contra ruſticum defendendi. Si funus tumulandum ſit, & forte contingat, ut pridem ſepultus cum membris omnibus e terra eruatur, mulcta erit ad XII. ſolidos. Si fodiatur collis gentilitius alienus, & forte adveniat poſſeſſor tumuli, accuſetque foſſorem, quod hominem conſanguinitatis vinculo ſibi junctum e tumulo protraxerit, penes alterum erit, ut queat XII virorum teſtimoniis probare, ſe poſt nonam demum ſeptimanam, *ab exſequiis antedicti funeris* fodiſſe. Si in juramento defecerit, ſex ſolidos pendito. Qui vitæ monaſticæ ſeſe addicere ſatagit, cui nihil impedimento ſit, quo minus id queat, in certas portiones bona ſua mobilia dividito, inter hæredes

f) ſ. Pro *Wikka.*

ſinom lutt. gifui aaf marklande örtughland. Thy eens meræ at han faa arfuanna wiliæ till. Nw kan gifter mather ſik j kloſter gifua. giæti ther husfru wizcuſte ſinom. bondæ at haldæ. oc ſwa bondin æn husfru will j kloſter gifuas. Nw ær kriſtnu balkrin lyktæther oc wtſaghter. Guz orth oc Amen.

redes ſuos partiendas. Partem bonorum clauſtro quoque legato: de terra ſcil. unius marcæ terram denarii unius; nihil vero ultra, niſi adnuant hæredes. Si maritus monaſterio includi cupiat, uxori integrum erit voluntati ejus ſeſe opponere; & ſic viciſſim marito, ſi uxor monialis fieri optet. Jam explicit Titulus de jure eccleſiaſtiaſtico. Verbum Dei, & Amen.

VI.

ארן

Eſai. XLIIII. 14. An ارزن *Arân*, Arbor Arabica, ſpinoſa, baccifera, Abi'lfadli?

INter Arbores, unde ſimulacra ſibi quondam fabricarunt idololatræ, de ארן, *Oren*, legimus in Eſaia cap. XLIIII. verſ. 14. Cui idem, quod multis, accidit, ut vera ejus ſpecies hoc tempore plane ignoretur. Et Ebræis pariter a multis ſeculis in oblivionem veniſſe oſtendunt commentatores eorum R. Schelomo, & David Kimchi. Illius hæc eſt gloſſa: אורן לשון נטע יונק פלנצ"ון בלע"ז: Oren *ſignificat plantam teneram*, Planſon